

ZEGERI BERNARDI  
**VAN ESPEN**  
OPERA OMNIA CANONICA  
In Septem Partes distributa.

# ZEGERI BERNARDI VAN ESPEN

JURIS UTRIUSQUE DOCTORIS;  
& SACRORUM CANONUM Professoris  
in Academia Lovaniensi,

## OPERA CANONICA

Quæ hactenus in lucem prodierunt.


QUIBUS

ACCEDEDIT IN HAC SECUNDA EDITIONE  
COMMENTARIUS IN CANONES ET DECRETA

## JURIS VETERIS AC NOVI,

Et in Jus Novissimum.

OPUS POSTHUMUM EIUSDEM AUCTORIS.



## P A R S P R I M A;

C O M P L E C T E N S

## JURIS ECCLESIASTICI UNIVERSI.

Hodiernæ Disciplinæ præsertim Belgij, Galliae, Germaniae & vicinarum  
Provinciarum accommodati, Prinam Partem:

CUM ADDITIONIBUS, QUAE IN SUPPLEMENTO EXTABANT,  
suis locis diligenter insertis.



L O V A N I I,

S U M P T I B U S S O C I E T A T I S.  
A N N O M D C C . L I X .

Decorative scroll banner at the bottom.

Cum Approbationibus, ac Permissu Superiorum.



# PROLEGOMENA.

## PARAGRAPHUS PRIMUS.

*DE SCOPO & MATERIA OPERIS.*



ITULUS huic Operi p̄fixus *JUS ECCLESIASTICUM UNIVERSUM* non nullis eam posset ideam imprimere, quasi hoc Opere, omnia quae ad hoc Jus spectant, continerentur, Universumque Jus Ecclesiasticum plenē in eo repräsentaretur; quod sanè non unum alterumve, sed plura eaque prolixa Volumina requireret.

Igitur Opus hoc inscribitur *Jus Ecclesiasticum Universum*, non quod in eo universa & singula ad Jus illud spectantia contineantur & explanentur, sed quod universa, aut minus præcipua hujus Juris materiæ eo modo proponantur & exponantur, ut sp̄rem ex principiis positivis ad notitiam hujus Juris Ecclesiastici perveniri posse, atque Dubia & Quæstiones in occurrencestia dissolvi.

Ut autem totius *Juris Ecclesiastici*, seu *Discipline Canonice* ideam perfectam & plenam Lectori exponerem, Jus pristinum cum recentiore in singulis penè Disciplinæ seu Juris Ecclesiastici punctis ita cumulare studui, ut ex Operis hujus lectione innotescat, quid pristina Ecclesia Disciplina statuerit, & quid hodierna circa singulos articulos decernat, aut toleret.

Nec tantum utrumque *Jus Ecclesiasticum*, pristinum & hodiernum, simpliciter allegare volui, sed insuper indicare, quando, & qua occasione quibusque gradibus à pristina ad hodiernam Disciplinam descendiderimus.

Insuper præxim sive Disciplinam hodiernam contra pristinos Patrum mores & Canonum constituta introductam sic repräsentare studui, ut usum legitimum ab abuso separarem; ostendendo qualiter illi nos conformare possimus, hunc verò vitare, aut etiam ei nos opponere & contradicere subinde debeamus.

*Jus Ecclesiasticum* sive *Canonicum* affine esse Scientiarum theologicarum, plurimisque materias utriusque esse communes, quin & ex iisdem principiis resolvendas, nemo, qui utriusque vel modicam notitiam habet, ignorat.

Hinc jampridem dicere non dubitavit pius ac doctus Jo. Gerfonius Universitatis Parisiensis Cancellarius in *Recommendatione Licentiandorum in Decresis*, per quadringentos inclusiū annos & amplius, sic fuisse gubernatam Ecclesiam, ut non esset distinctio Theologorum & Canonistarum: additque, quod „Censes, si bene inspiciamus, non sint nisi conclusiones elicite vel illata ex principiis Theologicis, id est, ex Evangelio & aliis Libris Canonicis per illos, quibus dicit Christus: Qui vos audit, me audit.“

Ut igitur *Universum Jus Ecclesiasticum* repräsentaretur, necesse fuit, etiam attingere materias, quæ primo intuitu ad Theologicam magis, quam Juris Ecclesiastici scientiam pertinere videntur, puta de *Sacramentis in genere & singulis eorum speciebus, traductis*, aliisque similibus materiis.

Quis enim nescit, & hisce in materiis multa ad Disciplinam Ecclesiasticam spectantia esse immixta, quæ ex Canonibus, & Statutis positivis, non autem è Libris Canonicis aut principiis Theologicis immediate dependent, aut resolvuntur?

Et nonne Pontifices hasce materias Decretalium libris inferendo, sufficienter ostenderunt, eas non à solis Theologis, sed & Canonistis esse tractandas? Scientes, in his plurimis *Juris Ecclesiastici* sive *Disciplina* occurrente; uti & Gerfonius notavit, subiiciens exemplum in „uno per quod (ait) sciatur in ceteris. Confessio Sacramentalis est de Lege Evangelica propriè dicta; sed quod fiat hoc tempore vel illo, & apud suum certum Sacerdotem, vel apud illum, de jure positivo est, quod nec clare sequitur ex Lege Evangelica quod sic debet fieri, nec tamen repugnat. Talia sunt sine numero in reliquis quæ concernunt Dei cultum, & charitatem“



# JURIS ECCLESIASTICI UNIVERSI PARS PRIMA. DE PERSONIS.

## TITULUS PRIMUS. DE CLERICIS.

### CAPUT PRIMUM.

De Clericis prima Tonsura.

1. Olim Tonsura ab Ordinibus non fuit separata.
2. Separatio occasio.
3. Fiducia semper separata.
4. A multis perversi appetuerunt.
5. Perverso intentio a vijendis, quoniam reprobata.
6. Reflexus Episcoporum circa Tonsurandam.
7. Convenit eu illa sollicitudine separanda.
8. Quoniam hodie probanda Tonsura suscepta.



RIMIS quicque ut minores Ecclesie seculi, nullus fuisse Clericorum prius cumbis Tonsura, tallo minorum, aut magis Ordine insigniorum, solidè ostensile Metimus de Ordinationibus p. 3, exercit. 25, cap. 3. Hocdem offensiones; Tonsuram seculis illis sumquam separationem ab omni Ordine dicere fuisse, sed simul cum primo Ordine, velut dum illius consuetudini annexum.

Sunt nonnulli viri traditi, atque inter alios Joannes Mabillon in prefatione ad partim i. seculi 3. Benedictinorum ann. 19. & Christianus Lopus in scholis ad Casuorum 13. Cœcilii Ofmoni 7. qui contendunt contra Motinianos (in sensu citato) Tonsuram, ante tempus à Motino prefacionem, separationem, & ante aliquas ordinis suscepionem fuisse ducas.

Quidquid sit de hac epocha separatio date Tonsure, in hoc etiam Motino consentire, nonne illum *passe* Tonsuram ut quendam quoniam ordinem premissemus ante omnis ordinis suscepionem, etiam Minorum, recentioris esse discipline.

II. Quid autem occasione, tandem circa annum frigidestimum Tonsuram ab omni Ordine separari cespiter, his verbis narrat Motinus: *in pastore filios*  
*Van Espan. Part. 4.*

impuberet, iamque secundum infantes Ecclesiasticis officiis conserbabant, & Episcopi instituendos offerebant. Eos Episcopi in eadem doceo reuocando, & instituendo curabant, ut essent Clerici regimandi velut seminarium. Bonum institutionem tenet aliquis è Clerico praeficiatur, atque ut plerumque Archidiaconus. Cum autem propter vestris institutum Officiorum, aut Lectionis officiis in Ecclesia fungi non possent, Ordines illos illis non conserbant; sed solam Tonsuram cum velle Clericalem, Tonsuram ideo ab Ordine separantes, ne pueri illi Ecclesie Ministeriis parentum pietate devoti, in primitiæ scuulis & profani, hominum oculis compararent. Longo post tempore, quod in pueris fecerat populus vestris institutum, in astre valenti bus usurparat illi, Tonsuram Clericalem, ut Ordo quidam ab aliis separatus, quibuscumque separatum collera est.

III. Quid labentibus seculis invaluisse scribit Motinus, id non in Belgio dicitur, sed per totum Ecclesiam Latinam receperim est, ut nimirum Tonsura Clericalem, antiquum Ordo quidam ab aliis separans, quibuscumque separatione confundatur.

Neque insignior Tonsura Clericale ab ex Clericis dominante usurpatur, sed etiam de fisco Ecclesiæ contineuntur; & privilegia Clericalem adipiscuntur; ut Episcopatus ordinarii ex Pontificali denuntiantur: *Filiis Charybini*, sit ad Tonsuram, *animadversores obserbi*: quibus horis de *FORO ECCLESIE* facti esse. *O PRIVILEGLIA CLERICALLA* senti.

IV. Hincenachum, ut plures, non animo Deo & Ecclesiæ levitendi, sed lucratis judicis declinanti cœta, & privilegia Clericalem gaudendi Tonsuram Clericalem cœptarent, quos notavit Synodus Tridentina, eni in Tonsuram non admittendos declarans, de quibus probabiliter conjectura non sit, ex non facilius posse dicti figurae fraude has rara gena elegisse.

Vestrum, cala in Belgio hoc i. iurisdictione Italizæ exigitio quod Clericos prius Tonsuræ tarentibus;